

Dominica tertia Quadragesimæ. 195

condensati, ne ab hostibus possent separari: 2. Cuneus erat, ut inimicorum aciem frangere possent: 3. Forfex, quando hostes nolebant diuidere, sed concludere: 4. Serra, quando vtraque pars publicè & ordinatè ad invicem prælibabatur: 5. Globus, cum milites abundabant, eligebantur aliqui, ex quibus una acies separata siebat. Hæc signant numeros quinque spiritualium bellatorum; pugnamus enim 1. cum resistentiâ & constantiâ, quando tentationibus non consentimus: 2. cum sapientiâ, quando mundi gloriam non querimus 3. cum iustitiâ, quando populum de capiuitate liberamus: 4. cum potentia, dum potenter vndique expellimus aduersarium: 5. cum prouidentiâ, quando necessaria prouidemus. Eadem in Euang. notantur. Ex quadr. ante hac non impresso. tom. 3. à pag. 116. col. 2. ad pag. 118. col. 1.

Idem, sermone in Euang. de amore sanctificatio; differit de tribus considerationibus in matrimonio concorrentibus, & dicit matrimonium esse debere I. In carne regulatam, vt cum fratre non reguletur, obedientiam exerceatur, prouidentiam discretam custodiatur, &c. II. In carne sanctificatam, cum obedientiam regulatam, mulier enim in tribus periculis obediens marito non tenetur, quando i. obediendo marito perdit charitatem Dei: 2. peccat mortaliter: 3. perdere pudicitiam timet, III. In carne honoratam, cum prouidentiam discretam, quia mulier data est socia in adiutorium, non propter luxuriam, sed propter fornicationem euitandam. Ex quadrag. Seraphin. tom. 3. à pag. 266. col. 1. ad pag. 271. col. 1.

S. BONAVENTVRÆ sermo primus in Euangelio, de quatuor diaboli electionibus, videlicet, de cælo, de impio, de possesto, de mundo; de cælo per pugnam & prælium ibi factum, de impio, per pœnitentiam; de possesto, per iussiōnem Christi; de mundo, per aduentum Domini. Tom. 3. in serm. de Temp. pag. 72.

Eiusdem sermo secundus in quo agit. I. de diaboli malitia erga hominem. II.

A de diuina potentia contra hanc malitiam. III. de utilitate diuinæ misericordiæ, quæ omnia ex Euangelio desunt. *Ibidem*.

Eiusdem sermo tertius, tria complectitur, in illud. Assumit septem alios spiritus, &c. I. Docet septem peccata mortalia, esse septem spiritus. II. Eos qui post conversionem peruerteruntur, fieri peiores, & pluribus vitiis subiici quādā ante III. Sex modos spiritus istos eliciendi qui sunt prædicatio, Dominica Passio, exemplum bonum, inspiratio occulta, oratio, & ieunium, quod testimoniis scripturæ sacræ confirmat. *Ibidem* pag. 73. 74.

Eiusdem sermo quartus in illa Euangelij verba, *Beatus venter qui te portauit*. B In quo ostendit quomodo quatuor portare debemus, videlicet, Christum in corde, per dilectionem; crucem Christi in corpore per mortificationem; nomen Christi, in ore per prædicacionem; coronam Christi in capite, per glorificationem. *Ibidem*.

* DIONYSII CARTHUSIANI sermo in Epist. Foste imitatores Dei sicut filii charissimi. Ephes 5. vbi. Primo. Inuitamur assimilari Deo in regno cœlesti excellentissimè per lumem gloriae & visionem beatificam; in hoc mundo per bonitatem, veritatem, misericordiam, communicabilitatem, sanctitatem, perfectionem, sapientiam, secundum mensuram capacitati nostræ conuenientem. Secundo. Avarus vocatur idololatra: quia i. plus diligit nummum, quādā Dēum: 2. plus facit pro nummo, quādā pro Deo: 3. plus confidit in pecuniā, quādā in Deo: 4. plus reuerteret nummos quādā creatorem. Tertio. Hominem alienorum peccatorum reum effici, consulendo, applaudendo, laudando, fauendo, consentiendo, cooperando, &c. In serm. de temp. à fol. 127. ad fol. 128.

Eiusdem, in Euang. sermo primus, Peccator spiritualiter mutus & cæcus immō & surdus vocatur: quia i. Diabolo est subiectus: 2. Omne peccatum mortale est simile magna grauique moli, quæ sensuum organa impler, lxx.